

2924.

1 Thorlacius

Viro Perillustri *Cognoscimus 1 Aug. 1855*
Christiano Godofredo Schütz *1817*
a Consilio aulico et Prof. Halensi
S. P. D.

Pirgerius Thorlacius
Prof. Eloqu. Lat. in Univ. Havniensi.

Viginti fere anni sunt, ex quo mihi, Halam invi-
senti, Te Vir Perillustris coram cognoscere, et
a doctis Tuis colloquiis proficere licuit. Ab
eo inde tempore jucundissimam Tui memori-
am saepe recolui, cum libris Tuis doctissimis
frequenter legendis, tum filium nūquam
Tuam ingeniosissimos homines, Havniam con-
veniēdo. Patere jam, ut his literis meam
venerationem Tibi testificer per juvenem e
nostratis, qui, absolutis in Univ. Havniensi
suis studiis, Germaniam, Galliam, Italiam
et Hollandiam adit, cognitiones suas co-
mpletaturus. Est ille Paulus Emming
Dr. Philosophia in literis classicis bene ver-
satus, sed praecipue in literis arabicis Persi-
cisque habitans, juvenis animi pectorisque
dotibus mihi carissimus, et, quod spero, bono-
rum ubique animos sibi conciliaturus.

14
Siceat illi, dum Hald moratur, Te identidem adire,
tuisque frui colloquiis.

Tradet ille Tibi hasce meas opulas: Populäre
Aufsätze aus dem Alterthum: Disputationem de
Crisi Sibyllistarum, et Prolusionem de opusculo
Aristoteleo Διαρρησια ἀνορθωτα continente

Mitto simul duas tractatūnculas theologico
philologicas sacerdotis Danici Nicolai Schæow. Cum
hæc auctor fortasse plura in isto genere præstare
cogitet, rogabo, ut, si Tibi non molestum erit
hasce in Ephemeridibus, quibus præes, recensendas
curare benigne velis.

Præter nuper allatas commentationes, erdi
Opuscula mea Academica Latina tribus Voll. 8vo
et Volumen IV^{to} in Folio splendidi operis Regii,
quod inscribitur: Historia Regum Norvegicorum,
islandice, danice et Latine; Volumen IV^{to} in
tra hujus anni finem publicabitur. Priora non
misi, quia librario Havnienfi jam a. 1815 ea ad Te
deferenda tradiidi. Posterius opus, quod historiam
Corealem unice tangit magnæque molis est,
mittere tantisper distuli, donec Te illud cupere
diserte comperirem.

Vale Vir præstantissime mihi que fave.

~~Havnia Calendis Augusti a. MDCCCXVII.~~